Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

que nuper a nobis edita ma
ledicorum cottidie linguis con
fodiuntur. Sed ut ad compen-
dium veniam iste quod illatus
sum equissimum est. Edidi aliquid
quod non habetur in greco vel
aliter habetur quid me consi
derant quid interpretem laniant in
terrogent hebreos et ipsis auc-
toribus translacioni mee vel
arrogent vel derogent fidem.
Porro aliud est si clausis quod di
citur oculis mihi volunt male-
dicere et non imitantur grecorum
studium et benivolenciam qui
post lxx translatores iam christi
ewangelio choruscante iudeos
et ebionitas veteris legis inter
pretes aquilam videlicet et sy-
machum et theodotionem et cu-
riose legunt et per origenis la
borem. n. z. l. a. r. w. i. e.
ecclesiis dedicarunt. Quanto magis
latini grati esse deberent quod ex
ultantem grecia a se aliquid
fuerint mutuari. Primum enim mag
norum sumptuum est et infinite
difficultatis exemplaria posse
habere omnia. Deinde etiam
qui habuerint et hebrei ser-
monis ignari sunt magis er-
rabunt ignorantes quid ve-
rius dixerit. Quod etiam sapi-
entissimo cuidam nuper apud
grecos accidit ut interdum scripture
sensum relinquens uniuscuiusque

libet interpretis sequeretur
errorem. Nos autem qui
hebree lingwe saltem parvam
habemus scienciam et latinus no-
bis utcumque sermo non deest
et de aliis magis possumus
iudicare et ea que ipsi in-
telligimus in nostra
lingua exprimere. Itaque licet
excetra sibilet victorque si
non incendia iactet numquam
meum iuvante christo silebit
eloquium etiam precisa lingua bal-
butiet. Legant qui volunt
qui nolunt abiciant eventilent
apices litteras calumpniet magis
vestra caritate provocabor ad
studium quam illorum detractione et odio
deterrebor. Explicit prologus
Incipit hesdre primus. I.
In anno primo cyri
regis persarum ut im-
pleretur verbum domini
ex ore ieremie susci-
tavit dominus spiritum
cyri regis persarum et transduxit
vocem in omni regno suo
etiam per scripturas dicens Hec
dicit cyrus rex persarum
Omnia regna terre dedit mihi
dominus deus celi et ipse precepit
mihi ut edificarem ei domum
in ierusalem que est in iudea. Quis
est est in vobis de universo
populo eius ut sit deus eius
cum ipso. Ascendat in ierusalem